



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De tempore ieiunij, vtrum conuenienter assignetur? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

*Vtrum conuenienter determinentur tempora ieiunij  
Ecclesia?*

**A**D quintum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter determinentur tempora ieiunij Ecclesiastici. Christus enim legitur Matt. 4. statim post baptismum ieiunium inchoasse. Sed nos Christum imitari debemus, secundum illud 1. ad Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ergo & nos debemus ieiunium peragere statim post Epiphaniam, in qua baptismus Christi celebratur. 710  
q. d. 15. q.  
3. a. 3. q. 1  
c. quadragesima.  
de cōf. d.  
5. c. statui  
mus. et c.  
de ieiun.  
76 d. c. 1.  
2. et 3. ex  
tra de ob  
ser. iiii.

**¶ 2** Præterea, Cæremonialia veteris legis non licet in noua lege obseruare. Sed ieiunia in quibusdam determinatis mensibus pertinent ad solennitates veteris legis. Dicitur enim Zach. 8. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiā, & in solennitates præclaras. Ergo ieiunia specialium mensium, quæ dicuntur quatuor temporum, in Ecclesia inconuenienter obseruantur.

**¶ 3** Præterea, Secundum \* Aug. in lib. de consensu Euang. Sicut est ieiunium afflictionis, ita est ieiunium exultationis. Sed maximè exultatio spiritualis imminet fidelibus ex Christi resurrectione. Ergo in tempore quinquagesimæ, quod Ecclesia solennizat propter Dominicam resurrectionem, & in diebus Dominicalibus, in quibus memoria resurrectionis agitur, debent aliqua ieiunia indici. l. 2. c. 27.  
nō remō  
tē a f. 4

SED contra est communis Ecclesiæ cōsuetudo.

**R**ESPONDEO dicendum, quod sicut \* supra dictum est, ieiunium ad duo ordinatur, scilicet ad deletionem culpæ, & ad eleuationem mentis in superna. Et ideo illis temporibus specialiter fuerunt ieiunia indicenda, in quibus oportebat homines a peccato purgari, & mentem fidelium eleuari in Deum per deuotionem. Quæ quidem præcipuè imminet ante paschalem solennitatem, in qua & culpæ per baptismum relaxantur, qui solenniter in vigilia Paschæ a. 1. c. 3.

Q 4 cele-

celebratur, quando recolitur dominica sepultura, quia per baptismum cōsepelitur Christo in mortem, ut dicitur ad Rom 6. In festo etiam Paschæ oportet maxime mentem hominis per deuotionem eleuari ad æternitatis gloriam, quam Christus resurgendo inchoauit. Et ideo immediatè ante solemnitatem Paschalem Ecclesia statuit esse ieiunandum. Et eadem ratione in vigilijs præcipuarum festiuitatum, in quibus præparari nos oportet ad festa futura deuotè celebranda. Similiter etiam consuetudo Ecclesiastica habet, ut in singulis quartis anni sacri ordines conferantur: ad quorum susceptionem oportet per ieiunium præparari, & eos qui ordinant, & illos qui ordinandi sunt, & etiam totum populum, pro cuius utilitate ordinantur. Vnde & legitur Luc. 6. quòd Dominus ante discipulorum electionem exiuit in montem orare. Quod etiam

a. 15. in  
Matth. 9

l. 5. 7. l. a.  
in sit. de  
ora. Iesu  
in mense  
cir. med.  
no. 5.  
ho. 16. in  
euang. a  
med.

l. 2. de do.  
Chri. 1. 16  
a me. 1. 3.

ponens \* Ambros dicit, Quid te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus Apostolos, prius orauit? Ratio autem manifestatur, quantum ad quadragimale ieiunium, est triplex secundum \* Gregor. Primo quidem, quia uiculus decalogi per libros quatuor sancti Euangelij implentur. Denarius autem quater ductus, in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluptates præcepta dominicis contrahimus, quæ per decalogum sunt accepta. Vnde dignum est, ut eandem carnem quatuordecies affligamus. Vel quia ita offerre contendimus Deo decimas dierum. Dum enim per trecentos sexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta & sex dies affligimur, qui sunt ieiunium in sex septimanis quadragimæ, quasi anni decimas Deo damus. Secundum \* Augustinus, autem additur quarta ratio. Nam creator est Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: creatura uero inuisibili debetur ternarius numerus. Diligere enim iubemur Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Creaturæ uero uisibili debetur quatuor-

quaternarius propter calidum & frigidum, humidum & sicum. Sic ergo per denarium significantur omnes res. Qui si ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur, quadragesimum numerum conficit. Singula verò ieiunia quatuor temporum tribus diebus continentur, propter numerum mensium, qui competit cuilibet tempori: vel propter numerum sacrorum ordinum, qui in his temporibus conferuntur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus baptismo non indiguit propter seipsum, sed ut nobis baptismum commendaret. Et ideò sibi non comperebat, ut ante baptismum suum ieiunaret, sed post baptismum, ut nos inuitaret ad ieiunandum ante nostrum baptismum.

Ad secundum dicendum, quòd Ecclesia non seruat ieiunia quatuor temporum, nec omninò eisdem temporibus, quibus Iudæi, nec etiam propter causas easdem. Illi enim ieiunabant in Iulio, qui est quartus mensis ab Aprili, quem primum habent: quia tunc Moyses descendens de monte Sinai, tabulas legis confregit: & iuxta Ierem. muri primum rupti sunt ciuitatis. In quinto autè mense, qui apud nos vocatur Augustus, cum propter exploratores seditio esset orta in populo, iussi sunt in montem non ascendere. Et in hoc mense à Nabuchodonosor, & post à Tito templum Hierosolymis est incensum. In 7. verò, qui appellatur October, Godolias occisus est, & reliquæ populi dissipatæ. In decimo verò mense, qui apud nos Ianuarius dicitur, populus cum Ezechiele in captiuitate positus audiuit templum esse subuersum.

Ad tertium dicendum, quòd ieiunium exultationis ex instinctu Spiritus sancti procedit, qui est spiritus libertatis: & ideò hoc ieiunium sub præcepto cadere non debet. Ieiunia ergo quæ præcepto Ecclesiæ instituantur, sunt magis ieiunia afflictionis, quæ non conueniunt in diebus lætitiæ. Propter quod non est ieiunium ab Ecclesia institutum in toto Paschali tempore.

ep. 86 pa  
rū a pri.  
to. 2.

refertur  
d 76 ca.  
utinam.

711  
4 d 8 q.  
1. a. 4. q.  
2. ad 2.  
q. d. 15.  
q. 2. a. 4.  
q. 1. per  
tot. et q.  
2. cor.  
\* a 2. q.  
2. huius  
quæst.

pore, nec etiam in diebus dominicis, in quibus si quis ieiunaret cōtra consuetudinem populi Christiani, quæ, vt \* August. dicit, est pro lege habenda: vel etiam ex aliquo errore (sicut Manichæi ieiunant, quasi necessarium tale ieiunium arbitrantur) non esset à peccato immunis: quamuis ipsum ieiunium secundum se consideratum omni tempore sit laudabile: secundum quod \* Hier. dicit ad Lucinium, Utinam omni tempore ieiunare possemus.

ARTIC. VI.

Verum requiratur ad ieiunium, quòd homo tantum semel comedat?

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd non requiratur ad ieiunium, quòd homo tantum semel comedat. Ieiunium enim, vt \* dictum est, est actus virtutis abstinentiæ: quæ quidem non minus obseruatur debitam quantitatem cibi, quàm comestionis numerum. Non autem taxatur ieiunantibus quantitas cibi. Ergo nec numerus comestionis taxari debet.

¶ 2 Præterea, Sicut homo nutritur cibo, ita & potu. Vnde & potus ieiunium soluit. Propter quod non possumus post potum eucharistiam accipere. Sed non est prohibitum quin pluries bibamus diuersis horis diei. Ergo etiam non debet esse prohibitum ieiunantibus quin pluries comedant.

¶ 3 Præterea, Elecuaria, quidam cibi sunt: quæ tamē à multis in diebus ieiunij post comestionē sumuntur. Ergo vnitas comestionis nō est de ratione ieiunij.

SED contra est communis consuetudo populi Christiani.

RESPONDEO dicendum, quòd ieiunium ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrænandam: ita tamen quòd natura saluetur. Ad hoc autem sufficere videtur vnica comestio, per quam homo potest delectatione satisfacere: & tamen concupiscentiæ aliquid detrahatur, diminuendo comestionum vices. Et idē Ecclesia moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur.

Ad